

percitus * Tormenta quisquis
sustinet.

Scalpri salubris ictibus, *
Et tunsione plurima, * Fabri pol-
lita malleo * Hanc saxa molem
construunt, * Aptisque juncta ne-
xibus * Locantur in fastigio.

13. Na dnj s. Marije.

Ave maris stella, * Dei ma-
ter alma, * Atque semper vir-
go, * Felix coeli porta.

Sumens illud Ave * Gabrie-
lis ore, * Funda nos in pace, *
Mutans Evae nomen.

Solve vincla reis, * Profer
lumen caecis, * Mala nostra
pelle, * Bona cuncta posce.

Monstra te esse matrem, *

Serbski šěrliuč: Witaj morja hwězda.

14. Na Zandželow pěstowow.

Custodes hominum psalli-
mus Angelos, * Naturae fragili
quos Pater addidit * Coelestis
comites, insidiantibus * Ne suc-
cumberet hostibus.

Nam quod corruerit prodi-
tor angelus, * Concessis merito
pulsus honoribus, * Ardens in-
vidia, pellere nititur * Quos
coelo Deus advocat.

Decus Parenti debitum *
Sit usquequaque altissimo, * Na-
toque Patris unico, * Et inclyto
Paraclito, * Cui laus, potestas,
gloria * Aeterna sit per saecula.
Amen.

Sumat per te preces, * Qui pro
nobis natus, * Tulit esse tuus.

Virgo singularis, * Inter
omnes mitis, * Nos culpis so-
lutos * Mites fac et castos.

Vitam praesta puram, * Iter
para tutum, * Ut videntes Je-
sum * Semper collaetemur.

Sit laus Deo Patri, * Summo
Christo decus, * Spiritui sanc-
to, * Tribus honor unus.

Huc Custos igitur pervigil
advola, * Avertens patria de
tibi credita * Tam morbos ani-
mi, quam requiescere * Quid-
quid non sinit incolas.

Sanctae sit Triadi laus pia
jugiter, * Cujus perpetuo nu-
mine machina * Triplex haec
regitur, * Cujus in omnia, * Re-
gnat gloria saecula. Amen.

15. Na wschěch Swjatych.

Placare, Christe, servulis, *
Quibus Patris clementiam *
Tuae ad tribunal gratiae * Pa-
trona Virgo postulat.

Et vos beata, per novem *
Distincta gyros, agnima, * An-
tiqua cum praesentibus, * Fu-
tura damna pellite.

Apostoli cum vatibus, * A-
pud severum judicem * Veris

reorum fletibus * Exposcite in-
dulgentiam.

Vos purpurati Martyres, *
Vos candidati praemio * Con-
fessionis, exules * Vocate nos
in patriam.

Chorea casta virginum, * Et
quos eremus incolas * Trans-
misit astris, coelitem * Locate
nos in sedibus.